

## Liber I

## Omelia XII

hinc ergo tam onerosum in ordine sacerdo-  
tium video quam rigorem mentis compatiendo  
fletere: et cum personis superuenientibus  
animam mutare: et tamen hoc est valde ne-  
cessarium. Nam quando ex predicatione eius  
ad boni operis gratiam peccator reducitur: si  
ipse predicator videtur ingratus. Unde per  
hunc quoque eundem prophetam in extrema par-  
te dicitur: Et cum sacerdotes intrinsecus mi-  
nistrant: vestibus laneis non utantur. Exod.  
28. et 29. et Levitic. 11. De quibus subdi-  
tur. Cumque egredientur atrium exterius ad  
populum: exuent se vestimenta sua in quibus  
ministraverunt et reponent ea in gazophi-  
lario sanctuarii. Grossiora quippe indu-  
menta sunt lanae: sed cum sacerdos ad san-  
ctum ministerium accedit: cum intus per com-  
punctionem ingreditur subtiliori intellectu:  
necesse est quasi lineo indumento vestiatur.  
Sed cum ad populum foris egreditur: oportet  
ut vestimenta in quibus intrinsecus mini-  
straverat reponat: atque populo alijs vesti-  
bus indutus appareat: quia si in compun-  
ctionis sue rigore se teneat: si in eo quem in ora-  
tionis tempore habuit merore perduret:  
exteriorum rerum verba suscipere non admit-  
tit. Et quod grex de necessarijs faciat: si au-  
dire atque perpendere et hoc quod praesens tem-  
pus exigit pastor recusat. Grossiora ergo  
vestimenta sacerdos extens ante populum  
induat: ut mentis suae habitum pro utilitate  
filiorum etiam ad terrena toleranda compo-  
nat. Pensate ergo fratres charissimi quam  
et speculatozi labor sit et ad sublimitate cor-  
tedere et hoc repetere ad ima revocare et in  
sublimitate cognitionis intime extenuare  
animus: et propter exteriores causas primo-  
rum (ut ita dicam) subito in cognitione grosse-  
scere. Non ergo mihi modo necesse est pro-  
phete verba exponere: sed mea coram vo-  
bis miseriam deslere. Unde peto ut vestra  
me oratio taliter faciat: qualis et mihi valeat  
et vobis prodesse. Potest est indigno mi-  
hi et infirmo ex vestra intercessione ista tri-  
buere: qui et alius ex sua pietate pro nobis  
dignatus est infirmari. Virtus enim dei est  
atque sapientia que nostram infirmitatem sum-

psit: ut ex sua nos infirmitate roboraret.  
Iesus christus dominus noster: qui vivit et  
regnat cum patre in unitate spiritus sancti  
deus: per omnia secula seculorum amen.

## Explicit omelia. XI.

Incipit Omelia. XII. in qua  
interpretatur ab illa parte ter-  
tij capituli. Et facta est super me  
manus domini: usque ad finem. Et  
partem quarti usque ad illud. Et  
tu dormies super latus tuum.

Eruta veritate hystorie: dicitur  
na eloquia aliquando ex tempo-  
re: aliquando ex loco causas des-  
ignant: quas aperto sermone  
non indicat. Ex tempore etenim: sicut pre-  
dicante iudeis domo per evangelistam dicitur:  
Mens erat. Jobis. 10. Inter illa  
enim mysteria que veritas loquebat quid  
causa fuit ut nomen hiemis adderet: nisi  
ut per qualitatem temporis: ostenderet frigus  
cordis? Quia et cum verba veritatis  
acciperet frigida iudeorum corda remane-  
bant. Aliquando ex loco: sicut carnali isra-  
elitico populo descendente de monte moy-  
si lex in campestribus data est. Exod. 19.  
Math. 5. Et sanctis apostolis dominus in  
monte sedens summa spiritualia precepta  
locutus est: ut ex locis videlicet monstra-  
ret: quia et illis tanquam carnalibus man-  
data minima dabant in valle terrarum: et isti  
tanquam spirituales et sancti in monte man-  
data celestia audirent: quatenus aperte  
monstraret: quod ascendentes in corde ad ce-  
lestia infirma mundi relinqueret: et in men-  
tis culmine starent. Unde nunc Ezechiel  
propheta quid iubente deo in locis egerit  
describit: ut per locorum qualitates indicet  
quid in posterum de prophetie mysterijs se-  
queret: ecce enim dicit.

H 2